182

qui ipsa dat bona

& fortune bonorum ut initium sic finis est. Omnia
que orta occidunt & aucta senescunt. Animus
incorruptus eternus rector humani generis
agit atque habet cuncta neque ipse habetur.
Quo magis pravitas eorum admiranda est qui
dediti corporis gaudiis per luxum & ignaviam
etatem agunt. Ceterum ingenium quo neque me
lius neque amplius aliud in natura mortalium est
incultu atque socordia torpescere sinunt. cum
presertim tam multe varieque sint artes animi
quibus summa claritudo paratur. Verum ex his
magistratus & imperia: postremo omnis cura
rerum publicarum minime mihi hac tempestate
cupienda videntur. Quoniam neque virtuti honos
datur. Neque illi quibus per fraudem ius fuit uti
tuti aut eo magis honesti. Nam vi quidem re
gere patriam aut parentes quamquam & pos
sis & delicta corrigas. tamen importunum est.
cum presertim omnes rerum mutationes cedem fugam
aliaque hostilia portendant. Frustra autem
niti. neque aliud se fatigando nisi odium quere
re extreme dementie est. nisi forte quem inho
nesta & perniciosa libido tenet potentie pau
corum decus atque libertatem suam gratificari. Ce
terum ex aliis negotiis que ingenio exercen
tur. in primis magno usui est memoria

Marginal notes:

a. Neque illi qui per fraude
decipiunt honores tuti
& honesti. quia propter divi
tias non est honestior &
melior quam antea.
Sed tanto magis tuti quanto
plures habent detractores.

b. Quae prohibet potentiam
aliquorum divitum propter
invidiam ... dicere
... & libertatem suam
grata & acceptabilia
facere. quia extra nititur
in frustra laborat

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm19472/0188